

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Quot modis dicatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

QVAEST. II.

D. 610. **mata.** Quidam uero actus intellectus habet quidem cognitionem informem absque firma assensione, siue in neutram partem declinet, sicut accedit dubitanti siue in unam partem magis declinent, sed tenentur aliquo leui signo, sicut accedit suspicantibus, siue uni parti adhaerent, tamen cum formidine alterius, quod accedit opinanti: sed actus iste, qui est credere, habet firmam adhesionem ad unam partem, in quo conuenit credens cum scientie, & intelligentie: & tamen eius cognitio non est perfecta per maximam uisioinem, in quo conuenit cum dubitante, suspicante, & opinante: & sic proprium est credentis, ut cum sensu cogite, & propter hoc distinguitur⁴ iste actus, qui est credere, ab omnibus aliis intellectus, qui sunt circa uerum, uel falsum.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ fides non habet inquisitionem rationis naturalis demonstrantis id, quod creditur, habet tamen inquisitionem quandā eorum, per quē inducitur homo ad credendum, puta, quia sunt dicta a Deo, & miraculis confirmata.

AD SECUNDUM dicendum, quod cogitare, non sumitur hic prout est actus cogitatiæ virtutis, sed prout pertinet ad intellectum, ut * dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod intellectus credens determinatur ad unum non per rationem, sed per uoluntatem: & ideo assensus hic accipitur pro actu intellectus, secundum quod a uoluntate determinatur ad unum.

¶ Super Questionis secunda Articulum secundum.

In ar. 2. q. 2. omisso primo, Durandus occurrit in 3. senten. dist. 23. q. 4. ar. 3. reprehendens dictu[m] h[ab]it[us] i[m]p[er]f[ect]io[n]e ad primū, s. q[ua]d hitres actū sunt vniuersi. Inquit enim, quod licet credere Deum, & credere Deum, sive vniuersus actus, credere ramen in Deum sunt duo actus: quia a diuobus est habitus, scilicet fide, & charitate, & significat credendo, & amando in Deum.

¶ Ad hoc facile respondeatur, quod quia actus imperatus non multiplicatur secundum rem ad multiplicationem principiorū eius, sed vnius & idem numero actus a multis est simul viribus, ut ieiunare est actus vnius a temporata simul & obedientia, & charitate, & sic de alijs, ideo credere in Deum, cum sit actus fidei a charitate imperatus, vnius numero secundum re est, quamvis a multis prouenerat habitibus. Et quoniam ad eliciendum ab uno, & imperatus ab altero habitus, multiplex est secundum relationem.

Traucta. 29. à
med. 10. 9. &
fer. 6. de
uer. domini.
10.

ARTICULUS II.

Vtrum conuenienter distinguitur actus fidei per hoc, quod est, credere Deo, credere Deum, & credere in Deum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter distinguantur actus fidei p[ro]p[ter] hoc, quod est, credere Deo, credere Deum, & credere in Deum. Vniuersus enim habitus vnius est actus: sed fides est unus habitus, cum sit una virtus. ergo inconuenienter ponuntur plures actus fidei.

¶ 2 Prat. Id quod est commune omni actui fidei, non debet ponit particularis actus fidei: sed credere Deo inuenit etiam non fidibus, non potest ponit in ter fidei actus: sed credere Deum esse, conuenit eti[am] infidibus. ergo non debet ponit interactus fidei.

¶ 3 Prat. Id quod conuenit etiam non fidibus, non potest ponit in ter fidei actus: sed credere Deum esse, conuenit eti[am] infidibus. ergo non debet ponit interactus fidei.

¶ 4 Prat. Moueri in finem pertinet ad uoluntatem, cuius obiectum est bonum, & finis: sed credere non est actus uoluntatis, sed intellectus.

ergo non debet ponit differentia unius, quod est credere in Deum,

quod importat motum in finem.

SED CONTRA est, q[uod] Aug. hanc distinctionem ponit in libro de uerbis Domini, & super Ieā. *

Respon. Dicendum, q[uod] actus cuiuslibet potentie, uel habitus ac

ARTIC. II. ET III.

Féicitur secundum ordinem potest, uel habitus ad suum obiectum. Obiectum autem fidei potest tripliciter considerari. Cū enim credere ad intellectum pertineat, potest a voluntate motus ad assentendum, ut dictum est, * potest obiectum fidei accipi uel ex parte ipsius intellectus, vel ex parte voluntatis intellectus mouentis. Siquidem ex parte intellectus, si in subiecto fidei duo possunt considerari, sicut supra * dictum est, quorum unus est materiale obiectum fidei. Et sic ponitur actus fidei credere Deo: quia, sicut supra dictum est, nihil proponitur nobis ad credendum nisi secundum quod ad Deum pertinet. Aliud autem est formalis ratio obiecti, quod est sicut mediū, propter quod tali credibili affinitat. Et sic proponitur actus fidei credere Deum: quia, sicut supra * dictum est, formale obiectū fidei est ueritas prima, cui in hac ueritate, ut propter eam creditis assentiat. Si uero consideretur tertio modo obiectum fidei, secundum q[uod] in intellectus est motus a voluntate, sic ponitur actus fidei credere Deum. Veritas enim prima ad voluntatem refertur secundum quod habet rationem finis.

AD PRIMUM ergo dicendum, q[uod] per ista tria non designantur uersi actus fidei, sed unus & idem actus habens diuersam relationem ad fidem obiectum. Et per hoc patet responsio ad secundum.

AD TERTIUM dicendum, q[uod] credere Deum non conuenit infinitibus sub ea ratione, quoniam non actus fidei. Non enim credit Deum esse sub his conditionibus, quas fidem determinat, & ideo nec uere Deum credunt: quia, ut Philo- phus dixit 9. Metap. In simplicib[us] defectus cognitionis est folium in non attingendo totaliter.

AD QUARTUM dicendum, quod sicut supra * dictum est, uoluntates mouent intellectum, & alias uires animae in fine; & secundum hoc ponitur actus fidei credere in Deum.

ARTICULUS III.

Vtrum credere aliquid supra rationem naturalem, sit necessarium ad salutem.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod credere non sit necessarium ad salutem. Ad factum enim & perfectionem cuiuslibet rei ea sufficere uidentur, que conueniunt ei secundum suam naturam: sed ea quae sunt fiduci excidunt naturalem hominis rationem.